



fuerit ociosum digitorum multiplicacionem ante omnia edocere. Si igitur libet colligere quantum conficiant 8 ducta in 9, hoc est, octies nouem, vel 7 in 8, &c, scribe digitum vnum supra al-

*Digitorum multiplicatio in inuicem.*

terum hoc pacto. Deinde distantiam vtriusque ad 10, ad latus, iam duc distantiam alteram in alteram, hoc est, pronuncia alterum aduerbialiter cum altera, Vt, bis vnum efficit 2, hæc subscribe distantijs, tandem aufer distantiam alterius per transuersum ex altero digito, residuum subscribe digitis, vt 2 ex 9, vel 1 ex 8, supersunt 7, ea scribe. Itaque iam inuenisti octies 9 efficere 72.



ALIUD EXEMPLVM.



Placet indagare sexies 7 quantum efficiant. Dico ter quater sunt 12, a noto 2 sub differentijs vnitate seruata, deinde aufero 3 ex 6, aut 4 ex 7, supersunt 3, quibus adijcio

*Exemplum aliud.*

B 3